

СВЕТИ КЕСАРИЈЕ АРЛЕШКИ¹
ПИСМО МОНАХИЊАМА²
SANCTUS CAESARIUS ARELATENSIS
EPISTOLA II

Caesarius episcopus
minimus omnium servorum Dei
famulus,
Caesariae sanctae sorori
abbatissae,
vel omni congregationi suae
in Christo aeternam salutem

Кесарије епископ,¹²
најмањи међу свим служителјима
Божијим,
својој светој сестри игуманији
Кесарији
и свом њеном сестринству,
вечно спасење у Христу

1. Vereor, venerabiles in Christo filiae, ne, dum vobis pro conservanda quiete vel pudicitia rustico imperitoque sermone aliquid praesumo suggerere, apud illos qui nesciunt quanta sit vir-

1. Имајући смелости, часне кћери у Христу, да вам се обратим мојом простом беседом и невестим саветима о чувању тиховања и скромности, бојим се да ће ме они који не познају силу истинске

¹ Свети Кесарије (с. 470–542), архиепископ Арла од 502. године. Око 490. је дошао у манастир Лерин. Имао је значајну улогу у црквеној администрацији Светог Гала, а уз помоћ Аларика II и Теодора Великог је успео да оствари захтев Арла да буде архиепископско седиште Галије. Помогао је да се осигура осуда полупелагијанства на сабору у Оранжу 529. године. Многи модерни теолози му, сасвим неосновано, приписују велику збирку канона познату под називом *Statuta Ecclesiae Antiqua*. Био је познат као проповедник и значајан број његових проповеди је сачуван до данас; многе од њих су засноване на делима ранијих писаца. Такође је саставио два монашка правила, једно краће за монахе и једно дуже за монахиње; поред тога што показују утицај Касијана и монашке традиције Лерина, ипак највише дугују *Правилу* Светог Августина. О Кесаријевом животу је писао Свети Кипријан Тулонски заједно са још неколико Кесаријевих других ученика. Празнује се 27. августа.

² Превод дајем према критичком издању *Œuvres monastiques I*, издање латинског текста са преводом на француски и комплетним уводом А. de Vogüé, OSB и J. Cougreau, OSB, *Sources Chrétiennes* 345, Paris: Éditions du Cerf, 1988, 294–337. Грађу за коментаре сам црпео из поменутог издања. Служио сам се и француским преводом предложеног писма из истог издања, као и енглеским преводом у: *Caesarius of Arles: Life, Testament, Letters*, приредио и превео William E. Klingshrin, Liverpool: Liverpool University Press, 1995, 129–139.

tus verae charitatis notam videar praesumptionis incurrere. Ego enim, licet peccatorum meorum sim conscius, et vestrae puritatis non sim ignarus, praesumo tamen tepidus admonere ferventes, lentus et negligens incitare currentes, languidus sanis consilium dare, et in via remanens ad aeternae vos patriae desiderium provocare. Et quia secundum sanctum votum vestrum frequentius vos visitare non valeo, hanc admonitiunculam, in qua etiam antiquorum Patrum capitula pauca inserui, et ariditatem sensus mei quasi virorum fortium amoenitate condivi, cum perfecta charitate curavi sinceritati vestrae ad vicem praesentiae meae pia humilitate transmittere. Sed hanc praesumptionem, sicut dixi, ipsi mihi charitas ingerit, quae timere non novit.

Et ideo rogo vos, venerabiles filiae, ut audaciae meae veniam dantes, quaecumque suggessero, patienter et benigne suscipiatis, et consulentes rusticitati vel verecundiae meae, qualemcumque exhortationem meam secretius relegite, nulli alii tribuentes, ne cujuscumque eruditae aures rusticissimi sermonis nostri asperitate feriantur. Nos enim; Deo propitio, licet nihil sinistrum de vestra conversatione sanctissima sentiam, tamen propter multiplices laqueos inimici, de quo dicitur: cui sunt nomina mille, mille nocendi artes, propter illius ergo venenosas asturias, et maleblandas concupiscentias, sanctam vestram conscientiam qualibuscumque etsi tepidis sermonibus admonemus; et licet minus idonei bellatores, arma vobis spiritalia contra ignitas sagittas diaboli providemus.

2. Gaudete ergo et exultate in Christo, venerabiles filiae, et gratias illi jugiter uberes agite, qui vos de tenebrosa saeculi hujus conversatione ad portum quietis et religionis attrahere et provocare dignatus est. Cogitate jugiter unde existis, et ubi pervenire meruistis. Reliquistis fideliter mundi tenebras, et lucem Christi feliciter videre coepistis. Contempsistis libidinis incendium, et ad castitatis refrigerium pervenistis. Respuistis gulam, et abstinentiam elegistis. Repudiastis avaritiam atque luxuriam, et charitatem ac misericordiam tenuistis. Et quamvis vobis usque ad exitum vitae non deerit pugna, tamen Deo donante securi sumus de vestra victoria.

Sed rogo vos, venerabiles filiae, ut quantum estis securae de praeteritis, tantum sitis sollicitae de futuris. Omnia enim crimina vel peccata cito ad nos revertuntur, si non quotidie bonis operibus expugnantur. Audite apostolum Petrum dicentem: Sobrii estote et vigilate, quia adversarius vester diabolus tanquam leo rugiens

љубави (1. Јн. 4, 18) оптужити за дрскост. Јер, иако сам свестан сопствених грехова и ваша ми чистота није непозната, ипак имам смелости – ја млаки човек – да подучавам ревносне душе; иако сам тром и немаран, имам смелости да подстичем оне који хитро трче; иако сам слаб, имам смелости да пружам савете постојаним душама; иако још увек заостајем на путу, имам смелости да у вама подстичем жељу за вечном отаџбином. Будући да нисам у стању да вас чешће посећујем, у складу с вашим светим жељама, побригнуо сам се са савршеном љубављу и побожним смирењем да, уместо мог присуства, вашој чистоти пошаљем ово мало подсећање, у које сам унео неколико поглавља древних отаца и тако бљутавост мојих запажања такорећи зачинио укусом ових живих источника. Ипак, као што рекох, управо ме ова љубав која не зна за страх подстакну да учиним речено.

Због тога вас молим, часне кћери, да ми опростите на смелости, те стрпљиво и благонаклоно примите све што ћу предложити. Такође, из обзира према мојој простоти и збуњености, молим вас да у тајности изнова ишчитавате моју поуку онаквом каква јесте и не дајете је другима како се слух учених људи не би повредио највећом простотом моје беседе. Јер, иако ми, благодаћу Божијом, не видимо ничег погрешног у вашем најсветијем начину живота, ипак због многих замки непријатеља – о ком је казано да има „хиљаде имена и хиљаде лукавстава“³ – и његове отровне пакости и његових преварних ласкавих пожуда, ми вашу свету савест опомињемо овом нашом, иако млаком, беседом. Без обзира на то што сам неподесан ратник, ипак вас наоружавам духовним оружјем против пламених стрела ђавола (Еф. 6, 16).

2. Радујте се, дакле, и веселите у Господу, часне кћери, и непрестано Му приносите изобилна благодарења, јер Он вас је удостојио избавити из овог туробног света и призвати у мирну луку монашког живота. Непрестано се сећајте одакле сте избављене и где сте заслужиле доспети. У вери сте напустиле таму овог света и у срећи почињете да сагледавате светлост Христову. Презреле сте пламен пожуде и до окрепљујућег прибежишта чедности доспеле. Одбациле сте прождрљивост и изабрале уздржање. Одбациле сте среброљубље и раскош, те пригрлиле љубав и милосрђе. И иако ваша борба неће бити окончана све до краја вашег живота, ипак сам сигуран у вашу победу уз Божију благодат.

Ипак, молим вас, часне кћери, да се бринете о будућности као што сте биле обазриве у прошлости. Јер, ако сваког дана не побеђујемо добрим делима, сви наши преступи и грехови се опет брзо враћају на нас. Послушајте апостола Петра који каже: „Будите трезвени и бдијте, јер ваш противник ђаво иде околу као лав који риче тражећи кога да прождере“ (1. Пт. 5, 8). Јер,

³ Цитат долази од римског песника Вергилија и његовог епа *Енејуда* (VII. 337–338).

aliquem devorare quaerens circuit (I Petr. V). Quandiu in hoc corpore vivimus, die noctuque Christo adiutore vel duce contra diabolum repugnemus.

Sunt enim aliqui, quod pejus est, negligentes et tepidi, qui de solo Christianitatis vocabulo gloriantur, et putant quod illis sufficiat vestem mutasse, et religionis tantum habitum suscepisse, nescientes illud propheticum: Fili accedens ad servitum Dei sta in iustitia et timore, praepara animam tuam ad tentationem (Eccli. II, 1). Nec sententiam Psalmistae considerantes: Propter verba laborum tuorum ego custodivi vias duras (Psal. XVI, 4). Et illud quod Apostolus dixit: Per multas tribulationes oportet nos intrare in regnum caelorum (Act. XIV, 22). Vestes enim saeculares deponere et religiosas assumere hujus horae momento possumus; mores vero bonos jugiter retinere, vel contra maledulces voluptates saeculi hujus quandiu vivimus Christo adiutore laborare debemus; quia non qui coeperit, sed qui perseveraverit salvus erit (Matth. X, 22).

3. In primis ergo omnis anima quae religionem servare desiderat, gulae concupiscentiam vincere, ebrietatem vitare tota fidei virtute contendat, et ita temperatum convivium in mensam medietate abstinentiae debilitetur, nec per deliciarum abundantiam luxuria provocetur. Deinde, abjecta superbia, cui Deus resistit, profundae humilitatis jaciat fundamenta; invidiam velut vipereum venenum detestetur ac fugiat; linguam refrenet; detractio-nem quasi venenum respuat; verba otiosa nec ipsa proferat, nec ab alio prolata auribus suis libenter admittat; vestimentorum habitum nec nimis abjectum, nec nimis pomposum, aut periculose elegantem habere consuescat.

Lectionem aut ipsa frequentius legat, aut legentis verba tota pectoris aviditate suscipiat; de divinis Scripturarum fontibus jugiter aquam salutis hauriat; illam utique de qua Dominus dicit: Qui credit in me, flumina de ventre ejus fluent aquae vivae (Joan. VII, 38). De paradisi etiam floribus, hoc est, sanctarum Scripturarum sensibus, anima sancta se jugiter ornare contendat; ex ipsis pretiosas margaritas auribus suis indesinenter appendat; ex his annulos et dextralia, dum exercet opera bona, componat: ibi vulnerum medicamenta, ibi castitatis aromata, ibi compunctionis holocausta requirat.

Quae vero religionem in immaculato et puro corde conservare desiderat, aut nunquam in publicum, aut certe non nisi pro grandi et inevitabili necessitate procedat; familiaritates virorum, quantum potest, rarius habeat: ita tamen, ut quoties necessitas viros videndi

све док пребивамо у овом телу морамо се дању и ноћу, уз Христову помоћ и вођство, опирати ђаволу.

Нажалост, доиста постоје извесни немарни и дрски људи који се хвале пуким хришћанским именом, који сматрају довољним што су променили своју одећу и само навукли монашко рухо, те не знају за ову прокову реч: „Сине мој, ако желиш служити Господу, стој у праведности и страху, те приправи душу своју на искушење“ (Сир. 2, 1); нити знају за ову изреку псалмопојца: „Ради речи уста Твојих ја сачувах путеве тешке“ (Пс. 16, 4); нити оно што апостол говори, наиме: „Да нам ваља кроз велике невоље ући у царство небеско“ (Дап. 14, 22). Наравно да у тили час можемо одложити световну одећу и навући на себе монашко рухо; али, да останемо у добром настројењу и боримо се против преварних слатких пожуда овог света све до краја нашег живота, то можемо учинити само уз Христову помоћ. Јер, неће бити спасен онај који је тек ступио на пут, него „онај који истраје до краја“ (Мт. 10, 22).

3. Нека се, дакле, свака душа која жели да сачува монашки живот најпре читавом снагом своје вере присиљава да савлада жељу за прождрљивошћу и избегава пијанство. Исто тако се треба држати умерене хране и скромне трпезе како њена плот не би била ослабљена од превеликог уздржања, нити била побуђена на раскош због изобиља задовољстава. Тада, након што је одбацила од себе гордост којој се Бог противи (Јак. 4, 6), душа треба да положи темеље дубоког смирења; она треба да презре завист и одврати се од ње као од змијског отрова; и треба да чува свој језик и одбаци оговарање као да се ради о отрову; она не треба да изговара испразне речи, нити добровољно да слуша како их други изговарају (Мт. 16, 23); такође, она треба да се привикне на одећу која није ни претерано изношена, ни претерано свечана или неукусно елегантна.

Требало би да се бави или редовним читањем, или да се с трепетним срцем посвети слушању речи које се гласно читају. Треба непрестано да захвата воду спасења из источника божанских Писама, ону воду о којој говори Господ: „Ко верује у мене, из његова тела ће потећи реке живе воде“ (Јн. 7, 38). Света душа треба непрестано да се труди да се украшава рајским цвећем, то јест мислима Светог Писма; и свој слух непрекидно треба да украшава светописамским драгоценим бисерима (Мт. 13, 14); и из Писма треба њима да придружује прстење и наруквице испуњавања добрих дела; и овде треба да тражи мелеме за своје ране, те миомирис чедности и жртве свеспаленице покајања.

Она која жели да сачува монашки живот у неокаљаном и чистом срцу, не треба никада да излази ван, осим у крајњој и неизбежној потреби. Она мора, колико је то могуће, да има што мање пријатељстава с мушкарцима; међутим, онолико колико је нужно да гледа или поздравља мушкарце,

aut salutandi exegerit, ipsi videantur quos aetas et vita sancta commendat; sed ipsi, ut dixi, rarius; et non diurna, sed brevissima cum illis collocutio habeatur. Juvenes vero aut nunquam aut difficile videantur. In familiaritate vero assidua nec laici unquam nec religiosi suscipiantur; quam rem non solum feminae de viris, sed etiam viri de feminis observare contendunt, si integram puritatem castitatis custodire desiderant.

Nec dicat aliquis: Sufficit mihi conscientia mea. Dicat sibi quisque quod sibi placuerit, misera et satis odibilis Deo est excusatio ista, quae magis de impudentia quam de conscientia bona procedit. Nam quando prima familiaritas aut viri cum femina, aut feminae cum viro esse coeperit, satis verecunda et sancta esse cognoscitur, quia subtrahit in primis diabolus machinamenta sua, donec paulatim assidua familiaritate crescente, inter ambos inimicam nutriat amicitiam.

Callidus enim hostis facit illos sibi invicem parvo tempore deservire sine ulla titillatione libidinis, sine ullo dispendio castitatis: et ita illos falsa securitate circumvenit, ut eos quasi in blanda tranquillitate velut duas naviculas producat in altum; et dum se putant esse securos, nec jejuniorum quasi remorum adjutorium petunt, nec vigiliarum gubernaculum quaerunt; cumque eos securos fecerit, in se ipsis elidens subita illos tempestate demergit, et in vulnificos implexus impingens, simul uno ictu mortificat. Tandiu sopitum ignem sine ullis flammis occultat, donec duas faculas jungens, simul ambas accendat: sic explicat diabolus quod celare antea videbatur; sic quasi de simplici charitate amorem conflat illicitum. In primis contentus est cedere, ut sic valeat amplius occupare.

Ecce securus est quisque de conscientia sua, quod cum aliquem viderit, scandalizari de ipso non possit. Nunquid quomodo conscientiam suam novit, sic voluntatem alterius videt? Ecce tuus oculus alium simpliciter videt, et forte ille te crudeliter concupiscit. De tua castitate gaudes, et de illius ruina non times? Si enim tu te nimium familiarem praeberis, alterius concupiscentiam nutris; etiamsi ipsa non pecces, alium tamen perdes; et erit tibi causa etiam sine causa, ut te libido maculet aliena. Nolite, quaeso vos, nolite quibuscunque aut occasionem dare, aut familiaritatem tribuere, ne forte

она треба да гледа само оне који су препоручени својим годинама и светим начином живота; па чак и њих, као што сам већ рекао, треба да виђа ретко; такође, разговор с њима не сме се продужавати, већ бити веома кратак. Младиће уопште не треба да виђа или сасвим ограничено. Она никада не треба да склапа блиска пријатељства с лаицима, нити с другим монасима. Ако желе да сачувају савршену чистоту своје чедности, тада се у погледу реченог на опрезност морају присиљавати не само жене у свом односу према мушкарцима, него и мушкарци у свом односу према женама.

И нека нико не говори „Довољна ми је моја савест“, јер свако говори себи самом оно што му годи. Овакав изговор је сасвим бедан и мрзак у очима Божијим пошто он више произлази из бесрамности, него из добре савести. Јер, кад мушкарац на почетку склапа пријатељство са женом или жена с мушкарцем, ово се пријатељство чини сасвим умереним, па чак и светим, будући да ђаво најпре уклања своја лукавства све док, мало по мало, блиско пријатељство не узрасте до „штетне блискости међу њима“.⁴ Јер, лукави ђаво им неко време допушта да се посвете једно другом без икакве страсти или губитка чедности, те их лажним осећајем сигурности тако обмањује да их изводи на морску пучину попут две лађице у некој слаткој пријатности; и док верују да су безбедни, они не траже помоћ у постовима, који су попут весла, нити у бдењима, која су попут кормила. И кад им је пружио осећај сигурности, ђаво их окреће једно против другог и потапа у изненадној бури, „те их присиљава на опасне загрљаје и једним ударцем усмрћује. Он сакрива ватру која тиња без пламена све до тренутка кад две бакље сједињује у заједничкој распаљености. Тако ђаво олабаљује оно што је тобоже раније чувао постојаним, те из очевидне невинине љубави ствара еротску похоту. И тада се најпре повлачи како би касније могао задобити још више места“.⁵

Ето како је сваки човек миран у својој савести кад се нађе пред савешћу другог, сматрајући да се нико не може саблазнити због ње. Но, види ли он вољу другог човека као што познаје сопствену савест? Заиста, твоје око с простотом посматра другог човека, док он можда опако жуди за тобом. Радујеш се својој чедности и не плашиш се његове упропашћености? Јер, ако се покажеш превише блиском, ти ћеш потхранити његову похоту. Чак иако сама не чиниш грех, ти ћеш ипак упропастити другог, па ћеш без икаквог повода постати разлог његове жеље да те обешчasti.⁶ Стога вас молим да никоме не дајете повода, нити се понашате на присан начин, будући да не-

⁴ Псеудо-Кипријан, *De singularitate clericorum*, 19. Овај спис је настао при крају трећег века као критика ондашње праксе заједничког живљења свештеника и монахиња на једном месту. Прави аутор је до данас непознат.

⁵ Псеудо-Кипријан, *De singularitate clericorum*, 19.

⁶ Псеудо-Кипријан, *De singularitate clericorum*, 11.

cujuscunque concupiscentia in vos male succensa alibi incipiat quaerere quod in vobis non potuit invenire.

4. Sed forte dicit aliqua: Secura sum de conscientia mea. Absit ut hoc de ore religioso procedat. Jam enim cecidit, qui de sua virtute confidit. Libidinem si Christo adjuvante desideras vincere, familiaritatem debes refugere. Certissime noverit quod qui indignam familiaritatem non spreverit, aut se, aut alium cito perdet. Sed forte dicit aliquis: Ideo familiaritatem non fugio, quia volo habere quod vincam, adversarium meum cupio tenere captivum. Vide ne contra te adversarius incipiat rebellare, vide ne te ducat captivitas ista in captivitatem. Audi Apostolum dicentem: Fugite fornicationem (I Cor. VII, 15). Contra reliqua vitia oportet nos omni virtute resistere, contra libidinem vero non expedit te pugnare, sed fugere. Esto ergo libidinis fugitivus, si vis esse castitatis pugnator egregius.

Sed quod dixi diligenter attendite. Quando aliquis stimulis libidinis incitatur, Christo adjuvante pugnet quantum praevallet contra se, quia non habet quo possit fugere. Si quando vero per alterius societatem opportunitatem voluptatis diabolus subministrat, ipsam familiaritatem, quantum praevallet, ut supra dixi, anima sancta refugiat; ac si aliquando aliquis in se ipso tentatur, sibi Deo adjuvante resistat; quando per alicujus societatem vel levi concupiscentia titillatur, quasi serpentem venenatum quanta potest celeritate refugiat.

5. Sed ut haec omnia servare possimus, abstinentiam rationabilem teneamus, quia vera est illius sanctissimi viri sententia: Prout continueris ventrem, ita et venenosos motus ejus. Humilitatem etiam nostram quantum possumus conservemus; non enim diu carnis integritas servatur, ubi animus tumore superbiae corrumpitur. Praecipue si et iracundiae flamma frequentius surgit, castitatis et virginitatis flores cito consumit.

Castia enim et Deo devota anima non solum extraneorum, sed etiam parentum suorum assiduam familiaritatem, aut ad se veniendi, aut ipsa ad eos ambulandi habere non debet: ne aut quod non oportet audiat, aut quod non expedit dicat, aut quod castitati potest esse contrarium videat. Si enim vasa quae Ecclesiae offeruntur, et in sacro altario ponuntur, sancta ab omnibus appellantur, et nefas est ut de ecclesia postmodum ad domum laicam revocentur, aut usibus humanis aptentur; si tantam dignitatem habent vasa, quae nec in-

чија похота – кад је једном злочесто распаљена према вама – може почети другде да тражи оно што у вама није могла пронаћи.

4. Међутим, можда ће нека жена казати „Сигурна сам у своју савест“. Овакве речи не треба да излазе из монашких уста. Јер, већ је пала у грех она која се узда у своју врлину. Ако желиш уз помоћ Христа да надвладаш пожуду, онда треба да избегаваш присност. Нека свака монахиња која не избегава срамотну присност, сасвим поуздано зна да ће убрзо погубити себе саму или неког другог. Но, можда ће неко опет казати „Не избегавам присност пошто хоћу да остварим победу над неком страшћу, те желим да потчиним свог противника“.⁷ Зато пази да се противник не побуни против тебе. Пази да те ово исто заробљавање не одведе у ропство. Послушај апостола који говори: „Избегавајте блуд“ (1. Кор. 6, 18)! Против других порока се морамо борити свим нашим силама. Но, против пожуде нема користи од борбе, већ треба бежати. Због тога бежи од пожуде ако желиш да будеш изабрани борац за чедност.

Добро пази на ово што сам рекао. Док нека монахиња живи сама и узбуђује се налетима пожуде, тада она мора, уз помоћ Христа, да се бори против себе саме свим својим силама с обзиром на то да не може побећи од себе саме. Ипак, кад ђаво пружи праву прилику, захваљујући присуству другог човека, света душа треба да бежи од такве присности, као што сам горе већ рекао, онолико колико је то у њеној моћи. Дакле, ако је нека монахиња искушана сама собом, она се мора одупрети себи уз Божију помоћ. С друге стране, ако је подстакнута чак и најмањом пожудом због пријатељства с другим човеком, она мора што је брже могуће да бежи од ње као од змијског отрова.

5. Међутим, како бисмо били у стању да сачувамо све речено, потребно је чувати разборито уздржање, јер доиста су тачне речи оног најсветијег човека: „Ако управљаш својим стомаком, онда ћеш управљати и својим пожудама“.⁸ Сачувајмо, дакле, истинско смирење, колико је то у нашој моћи: јер целомудреност плоти не може се дуго чувати кад је ум искварен надимањем гордости. И ако се притом пламен гнева често подиже, он брзо прождире плодове чедности и девичанства.

Јер, чедна и Богу посвећена душа не треба да избегава честе сусрете само са странцима, него и са својим сродницима, било да они долазе код ње или да она одлази код њих; наимае, она може чути нешто непристојно, или рећи штогод непримерно, или видети нешто што може наштетити њеној чедности. Јер, сасуде што се доносе у цркву и постављају на најсветији

⁷ Псеудо-Кипријан, *De singularitate clericorum*, 9, 18.

⁸ *Изреке Секстове*, 240; на грчком ова изрека гласи: ὡς ἂν γαστρὸς ἀρξῆς, καὶ ἀφροδισίων ἀρξῆς.

tellec-tum possunt habere nec sensus, putas qualem dignitatem apud Deum habent omnia ad ipsius imaginem procreata? Sicut ergo vasa sancta humanis usibus servitura nec possunt nec debent de ecclesia revocari, sic religiosum quemquam non oportet, non decet, non expedit parentum suorum multis obligationibus implicari, aut quorumcunque extraneorum pernicio-sa familiaritate constringi.

6. Illud ante omnia admoneo, ut aemulationis malum quasi venenum vipereum fugiatis; et ita inter vos charitatis dulcedinem conservetis, ut vobis invicem per sancta colloquia medicamenta spiritalia praeparetis. Sunt enim, quod pejus est, aliquae quae quando se pariter jungunt, magis sibi, detrahendo, vel contra praepositas murmurando, vulnera faciunt, quam spiritalia medicamenta componunt. Vos vero, sanctae ac venerabiles filiae, si aliquam videtis pusillanimum, consolationem impendite; si superbientem, humilitatis medicamentum apponite; si iracundam videritis, refrigerium patientiae ministrare.

Si nobiles natae estis, magis de religionis humilitate quam de saeculi dignitate gaudete; et sic terrenam substantiam dispensate, ne unde spiritalis pennas bene et cito tribuendo habere potestis, aliquid vobis reservando aut tardius erogando, carnales compedes habeatis. Terrena namque substantia si tardius erogatur, animae pennas quasi visco illigare cognoscitur, quia verum est illud quod scriptum est: Impedimenta mundi fecerunt cos miseros. Si qua vero pauper fuit, antequam religionem sanctam assumeret, Deo debet gratias agere, qui illam mundi istius facultatibus noluit illigare. Multos enim, quod pejus est, ita suae facultates ligatos tenent, ut ad aeternam patriam redire non possint. Vos vero jam etiam in hoc saeculo Christo propitio felices estis, quae facultates simul et voluptates saeculi istius non solum corde, sed etiam corpore contempsistis.

Tenete ergo manus in aratro, et nolite respicere retro. Et quia in tectum jam perfectionis ascendere meruistis, non vos inde depo-nant saeculi istius voluptates. Mementote uxoris Loth, quae retro respiciens versa est in statuam salis (Gen. XIX, 17).

Nunquam juramentum, nunquam maledictum de virginis ore procedat. Non solum corpora, sed etiam corda vestra omni sollicitudine custodite, propter illud quod scriptum est: Omni custodia serva cor tuum (Prov. IV, 23). Et illud quod Dominus in Evangelio dixit: De corde enim exeunt cogitationes malae (Matth. XV, 19). Si enim in corde nihil male cogitatur, quidquid sanctum est ex ore profertur; quia, sicut scriptum est: Ex abundantia cordis os loquitur (Matth. XII, 34). Hoc enim lingua proferre consuevit, quod ex officina cor-

олтар сви називају светим сасудима, те је погрешно касније их уклањати из цркве и носити у дом лаика, или их користити за неку другу људску потребу; ако, дакле, такво достојанство имају неразумни и нечулни сасуди, запитај се какво достојанство у очима Божијим има душа која је створена према Његовом лику! Дакле, као што свети сасуди не могу нити треба да буду уклањани из цркве како би послужили људским потребама, тако је неподесно, непогодно и неблагоприятно за монахе да буду уплетени у многобројне везе са својим сродницима или да се необичном присношћу везују за странце, ко год они били.

6. Пре свега, подсећам вас да бежите од зла зависти као од змијског отрова и да сачувате међу собом слаткоћу љубави, те припремате духовне мелеме једна другој у вашим светим разговорима. Нажалост, постоје извесне жене које при сабрањима више воле да наносе ране потцењујући једна другу или гунђају против својих старешина, него да припремају духовне мелеме. Али ви, свете и часне кћери, ако видите да је нека сестра ослабљена, пружите јој утеху; видите ли да је горда, примените мелем смирења; видите ли да је гневна, принесите јој спокојство стрпљења (1. Сол. 5, 14).

Ако потичете из племенитог рода, тада се више радујте због смирења монашког живота него због световног достојанства. Раздајте своје земаљско благо тако да се нећете везивати плотским оковима остављајући ишта за себе или га раздајући прекасно, будући да можете задобити духовна крила раздајући га брзо и лако. Јер, ако су земаљска богатства прекасно разделена, она знају као лепилом свезати духовна крила. Јер, истина је оно што је написано: „Препреке овог света их учинише беднима“.⁹ Ако је нека од вас била сиромашна пре него што је прихватила свето монаштво, она треба да благодари Богу што је није свезао богатствима овог света. Нажалост, много је оних који су тако чврсто привржени своме богатству да се не могу вратити својој вечној отаџбини. Ипак, ви сте већ сада, благодаћу Христовом, срећне у овом веку, ви што сте презреле богатства и задовољства овог света не само у свом срцу, него и у свом телу.

Због тога држите своје руке на плугу и не осврћите се назад (Лк. 9, 62). И пошто сте већ заслужиле да се успнете на сами врх савршенства, задовољства овог света вас неће свући доле. „Сетите се Лотове жене“ (Лк. 17, 32), која се „обазрела натраг и постала стуб од соли“ (Пост. 19, 26).

Никаква заклетва, никакво проклињање не сме никада да излази из уста девице. Немојте чувати само своја тела, већ и своја срца с пуном пажњом, с обзиром на то да је написано: „Изнад свега чувај срце своје“ (Прич. 4, 23), те да је Господ у Јеванђељу рекао како „из срца излазе зле помисли“ (Мт. 15, 19). Јер, ако ништа зло не помишљате у свом срцу, све што изађе из уста ва-

⁹ *Visio Pauli*, 40.

dis conscientia ministraverit. Et ideo si ex ore vultis bona proferre, semper in corde quae sancta sunt cogitate.

7. Sic lectioni et meditationi debetis incumbere, ut ante omnia etiam manibus possitis aliquid exercere, secundum illud quod Apostolus ait: Qui non operatur non manducet (II Thess. III, 10); praecipue tamen usque ad horam tertiam lectioni vacare consuescite, et meliorem diei partem sancto operi dedicate. Oratio vestra ita cum silentio procedat ex corde, ut vix audiatur in ore: nam qui alta voce orare voluerit, et sibi et alteri multum nocet, dum per suam garrulitatem alterius mentem ab oratione sancta et sacra suspendit.

In ipsis operibus quae manibus fiunt, saecularia et pomposa adjuncta, quae non utilitati, sed vanitati serviunt, fastidite atque contemnite, ut etiam in ipsis terrenis possitis quidquid sobrietati et honestati convenit exercere. Multi enim quod in moribus diligunt, hoc etiam in operibus suis ostendunt. Praeparant sibi ornamenta saecularia saeculum diligentes, et voluptati servientes vel luxuriae. Vobis vero, quibus mundus crucifixus est, nihil sit commune cum talibus; sed omnia ornamenta quibus ad luxuriam caro componitur, velut inimica et contraria, a vestro proposito respuantur. Sunt enim, quod pejus est, qui pro vanitate saeculi istius plus student terrenis cupiditatibus operam dare quam lectioni divinae insistere: dum volunt stragula pulchra, et picta tapetia, plumaria etiam et reliqua his similia cum ingenti sumptu et superflua expensa ad oculorum libidinem praeparare, nescientes illud quod Dominus per Joannem evangelistam clamat et dicit: Nolite diligere mundum, neque ea quae in mundo sunt, quoniam omne quod in mundo est, concupiscentia carnis, et concupiscentia oculorum, et saeculi ambitio est (I Joan. II, 5). Quid prodest virgini integritatem corporis custodire, si oculorum concupiscentias noluerit evitare!

8. Sunt etiam nonnullae quae etiam de facultatibus suis majorem partem parentibus, et forte divitibus, quam pauperibus dare volunt; et non cogitant quod dum illis substantiam suam ad luxuriam tribuunt, se aeterna mendicitate consumunt. Sed dicit aliquis: Ergo despiciere debeo parentes meos? Absit ut nos dicamus quod parentes tuos non debeas honorare. Quomodo potest fieri ut parentes praedicemus non amandos, qui inimicos dicimus diligendos? Ama parentes tuos quantum potes; et, si casti sunt et honesti, honorem illis semper impende, et de facultatibus tuis aliqua illis pro tui memoria munuscula derelinque. Totum vero quidquid est majus atque utilius usque in finem saeculi profuturum pauperibus tribue, ut eleemosynae tuae usque ad diem iudicii per refrigeria pauperum

ших биће свето, будући да Свето Писмо каже: „Уста говоре оно чега је срце пуно“ (Мт. 12, 34). Наиме, уста имају обичај да говоре оно што савест припрема у радионици срца. Дакле, ако желиш да произносиш добре ствари из својих уста, помишљај у своме срцу само оно што је свето.

7. Треба да се присиљавате на читање и молитву, и то на такав начин да се поврх свега можете бавити неким рукодељем, у складу с апостоловом изреком: „Ако неко неће да ради, нека и не једе“ (2. Сол. 3, 10); нарочито се навикавајте да направите места за читање до трећег часа и бољи део дана посветите овом светом делу. Молитва ваша треба тако тихо да проиходи из срца да се једва чује на вашим уснама. Јер, она која жели да се моли гласно, може веома сметати себи и другима пошто својом многоглагољивошћу удаљује ум њене ближе од свете и тајне молитве.

У оним делањима што их чините као рукодеље, гледајте да презрете и одбаците свечане и светске хаљине, које ничему не користе него служе таштини, те тако чак и у овим земаљским пословима можете учинити оно што пристоји умерености и пристожности. Многи, наиме, у својим посведневним пословима откривају ствари које вреднују у свом животу. Нека они који љубе овај свет, те који служе задовољству и раскоши, припремају себи самима светске украсе. Али ви, за које је свет распет, не требате имати ничег заједничког са овим украсима, већ треба да уклоните све украсе који истичу плот зарад раскоши, будући да су они непријатељски и неускладиви вашем начину живљења. Јер, нажалост, постоје неки који зарад светске таштине више времена посвећују испуњењу светских жеља него духовним читањима, који због ужитка гледања, те уз велике трошкове и излишна расипања, желе да праве раскошне и скупocene тепихе, украшене таписерије, везове и друге сличне ствари, не знајући шта је Господ рекао и објавио кроз јеванђелиста Јована: „Не посвећујте љубав свету и ономе што је на свету. Јер све што је на свету, грешна чулна пожуда, пожуда очију и разметање земаљским благом, није од Оца, него од овога света“ (1. Јн. 2, 15–16). Од какве је користи девици да сачува целомудреност тела, ако не жели да избегава искушења која настају од гледања?

8. Такође, има неких жена што већи део свог богатства желе да дају сродницима, који су можда већ богати, пре него сиромашнима; оне и не помишљају да ће у раздавању свог богатства на раскошну употребу својим сродницима осудити себе саме на вечно сиромаштво. Али, нека ће рећи: „Зар треба, дакле, да презрем своје сроднике?“ Не дај Боже да кажемо да треба да презреш своје сроднике! Зар можемо проповедати да не треба волети своје сроднике пошто сами говоримо да треба љубити чак и своје непријатеље?! Љуби своје сроднике онолико колико можеш, а ако су они непорочни и поштени, онда им увек исказуј почаст и остави им неки мали дар од твог богатства како би те се сећали. Ипак, главни део богатства, тј. његов његов већи и вреднији

transeant ad regna coelorum. Quod minus dederis parentibus tuis, poterunt sibi ipsi postmodum providere, poterunt laborare; quod tibi minus pro misericordia praeparaveris, illo saeculo nunquam poteris invenire. Attamen si sunt aliqui parentes pauperes, ut victum aut vestitum sufficienter habere non possint, mercedem apud Deum habebis, si illis unde possint sustentari tribuis.

Venturi enim sumus ante tribunal aeterni iudicis; et si bene egimus, feliciter audiemus: Venite, benedicti, percipite regnum, quia esurivi et sitivi (Matth. XXV, 34). Et post pauca: Quandiu fecistis uni ex minimis istis, sine dubio pauperibus, mihi fecistis (Matth. V, 40). Non dixit: Venite et percipite regnum, quia parentum vestrorum divitias vestris divitiis cumulastis, quia illis unde luxuriarentur in saeculo dimisistis. Non hoc utique dixit; sed illud quod in Evangelio commemorat, quod et per Prophetam ante praedixerat: Dispersit, dedit pauperibus (Psal. CXI, 9). Attendite, quaeso: Dispersit, inquit, dedit pauperibus. Nam et dives ille de quo in Evangelio legimus, quod induebatur purpura et bysso (Luc. XVI, 19), fratres suos divites dereliquit, sed ille postea guttam refrigerii in inferno ardens quaesivit, et invenire non potuit.

Vos vero, sanctae et Deo dignae animae, totum spiritualiter agite, et cui consecrastis animas vestras, ipsi offerte, imo reddite substantiam vestram. Dignum est ut a vobis accipiat terrena, qui praeparat aeterna. Ipse a vobis accipiat terrenam substantiam, qui vobis contulit virginitatis coronam. Vos autem illi amplius debitrices estis, quibus dedit ut illum, qui est immaculatus Agnus, quocumque ierit sequi possitis. Sequitur quidem Christum caetera fidelium multitudo, non quocumque ierit, sed quousque potuerint. Poenitentes enim et conjugatae possunt per alias justitiae vias sequi Christum; cum in virginitatis decorem praecedit, non habent quid faciant ut virgines sint. Vos vero, sanctae filiae, sequimini eum tenendo perseveranter quod vovistis ardentem.

9. Iterum atque iterum, sanctae et Deo dicatae animae, rogo, et cum omni humilitate ad conservanda virginitatis praemia consilium dare praesumo, ut familiaritatem incongruam a vobis vel a vestris animis totis viribus repellere laboretis. Longe satis, longe sit pestis ista et lues quam inordinata familiaritas jaculatur. Non est in hac societate securitas, quae collisionem patitur velut a quibusdam fluctibus turbulentis. In hac familiaritate non habitat amica concordia, quae non nisi discordantes inimicitias creat. Nam ad conservandam sanctae religionis dignitatem, singularitas magis quam inordinata familiaritas testis sanctissima est.

део, раздај сиромашнима како би га употребљавали до краја света. Тако ће твоја милостиња на Судњи дан dospети до Царства небеског због олакшања које си пружила сиромашнима. С друге стране, твоји сродници могу касније сами стећи оно што им ти ниси дала. Јер, после нећеш бити у стању да пронађеш оно што ниси за себе задобила милостињом у овом свету. Ипак, ако имаш неке сроднике који немају довољно хране или одеће, примићеш награду од Бога будеш ли им пружила нешто што ће им помоћи у невољи.

Сви ћемо, наиме, изаћи на суд пред вечног Судију; и ако смо се добро владали, тад ћемо срећни зачути речи: „Ходите благословени и наследите царство, јер бејаш гладан и жедан“ (Мт. 25, 34–35) и тако даље; а затим и ово: „Уколико учинисте једном од ове моје најмање браће“ – без сумње сиромашнима – „мени учинисте“ (Мт. 25, 40). Он није рекао: „Ходите и наследите царство, јер сте својим богатством увећали богатство својих сродника и омогућили им да живе у раскоши света“. Он свакако није ово казао, већ оно што је напред рекао у Јеванђељу и оно што је раније рекао кроз пророка: „Просу, даде убогима“ (Пс. 111, 9). Зато вас молим да обратите пажњу: „Просу“, каже, „даде убогима“. Није казао „богатима“, „расипницима“ или „онима који љубе овај свет“. Јер, богаташ – о ком читамо у Јеванђељу да „беше обучен у скерлет и свилу“ (Лк. 16, 19) – својој браћи остави благо. Но, после је тражио барем кап воде како би се расхладио, будући да је горео у паклу, али је није могао наћи (Лк. 16, 22–28).

Али ви, свете и Бога достојне душе, требате да чините све на духован начин; и своје богатство принесите, или још боље вратите, Ономе који је осветљао душе ваше. Достојно је да Онај који вам припрема вечно благо од вас прими земаљско благо; да Онај који полаже круну девичанства на ваше главе од вас прими земаљска добра. Штавише, ви сте му још више дужне пошто вам је Он даровао да идете за Њим – неукаљаним Јагањцем – „где год Он иде“ (Отк. 14, 4). Преостала гомила верника не иде за Христом где год Он иде, већ само онолико колико могу. Покајнице и удате жене могу пратити Христа на другим путевима праведности, осим на оном на ком Он води према лепоти девичанства: јер оне не могу постати девице. Али ви, свете кћери, идите за Њим и истрајно чувајте оно на шта сте се ватрено заветовале.

9. Опет и опет, свете и Богу посвећене душе, у потпуном се смирењу усуђујем саветовати вас и молити да сачувате предност девичанства, те да се свим својим силама трудите да удаљите од себе и од ваших душа неподесну присност. Нека ова куга и ова пошаст неумесне присности буду сасвим далеко од вас! „Јер, нема сигурности у оваквој врсти дружења што је бурно попут немирних таласа. У таквој присности не станује слога пријатељства, јер оно ствара само несложно непријатељство.“¹⁰ Јер, најсветије међу свим

¹⁰ Псеудо-Кипријан, *De singularitate clericorum*, 6.

Attende, o anima sancta, et diligenter intellige quanta mala de inordinata societate nascantur. Familiaritas enim cujuslibet si frequens esse coeperit, non nisi corruptionem seminat, vitia pullulat, cupidinem concupiscit, ignominiam parit, rabiem concitat, porrigit furiam, lasciviam pascit, petulantiam nutrit, casus exaltat, ruinas aedificat, ripas erigit, praecipitia aperit, periculis navigat, naufragiis velificat, perditioni gaudet, interitum fovet, confusionem meretur, thesaurizat opprobrium, criminationes exaggerat, excusationes inflammat, et catervatim simul in fascem glomerat numerosas indagine captionum, ac per infinita dedecora multiplices mortes inveniet in perniciem perditorum. Tot et tanta sunt mala perniciosae familiaritatis. Nemo prosternitur, nisi qui societatem unde periclitari possit, aut difficile, aut certe rarius habere contempserit.

Nam si anima sancta secretum suum custodire voluerit, et assidue familiaritatis malum tota animi virtute refugerit, ipsa sancta singularitas munimen illi invictum est sanctimoniae, expugnatio fortis infamiae, fortitudinis firmitas et lasciviae petulantis infirmitas, probitatis praesidium et improbitatis excidium, animae victoria, et corporis praeda, libertas gloriarum et captivitas criminum, pronuba sanctitatis et repudium turpitudinis, sinceritatis indicium et abolitio scandalorum, exercitium conscientiae et evacuatio tota luxuriae, pax secunda virtutum et expugnatio inquieta bellorum, puritatis culmen et libidinis carcer, honestatis portus et ignominiae naufragabilis portus (Sic. Cf. col. 1159, lin. 34), virginitatis mater et hostis immunditiae, lorica pudoris et spolia probrositatis, murus incorruptionis, discretio vulgaritatis, integritatis dignitas et fornicationis abdicatio, charitatis fastigium et dedecoris praecipitium, voluntas bonorum operum et afflictio vitiorum, refrigerium pudicitiae et poena petulantiae, acquisitio triumphorum et facinorum detrimenta, requies salutis et perditionis exsiliium, vita spiritus, et carnis interitus, status qualitatis angelicae et funus humanae substantiae.

10. Haec omnia mala fortiter, Deo adjuvante, et illa quae diximus bona feliciter acquirantur, si ab animabus sanctis familiaritas inordinata respuitur. Attendite, quaeso vos, animae sanctae, quia inter omnia certamina, quibus semper comes est christiana militia, sola duriora praelia castitatis, ubi quotidiana pugna est et rara victoria. Gravem castitas sortita est inimicum, qui quotidie vincitur et timeatur; quotidie, inquam, vincitur et non desinit provocare. Nemo securus vincit, qui secum pugnat. Periculosa navigatio est ubi saepe naufragatur, et cum periculo transitur in fluctibus, ubi multi mersi sunt, libidinis. Cupiditas enim cum vincitur non finitur.

сведочанствима о очувању достојанства светог монашког живота јесте самоћа, а не неумесна присност.

Пази, о света душо, и пажљиво размотри колико је зла рођено из неумесног дружења! Јер, присност са било ким, посебице ако постане учестала, „само сеје пропадљивост, рађа пороке, смишља пожуду, зачиње срамоту, распаљује махнитост, побуђује гнев, подстиче разврат, храни необузданост, изазива несрећу, доноси уништење, преплављује корита, покреће клизишта, одводи у средиште опасности, плови у дубине бродолома, радује се уништењу, негује смрт, калкулише забуном, нагомилава скандале, умножава недела, проузрокује изговоре, сабира на гомилу многе преварне замке, те кроз безбројне срамне ствари доводи до многих смрти и уништења погубљених душа. Нико не уништава тако многа и тако велика зла опасне присности осим оне која ретко или никада не тражи друштво што јој наштетити може. Јер, ако света душа жели да сачува своју самоћу и читавом снагом своје душе побегне од истрајне присности, тада сама света самоћа представља њену неосвојиву тврђаву светости и храбри напад против срамоте, оснажење постојаности и ослабљење разуздане непостојаности, одбрану доброте и уништење зла, победу душе и пораз тела, ослобађање славе и заробљавање недела, пригрљивање светости и одбацивање бешчашћа, доказ уважености и уклањање саблазни, подвиг уздржања и очишћење од раскоши, постојани мир врлина и непрестано противљење свакој напасти, узвишеност чистоте и тамницу пожуде, мирну луку части и бродолом бешчашћа, мајку девичанства и противника нечистоте, оружје части и разоружавање нечести, преграду непропадљивости и одвајање од гомиле, част целомудрености и осуду блуда, врхунац славе и свргнуће срама, жељу за добрим делима и одбацивање порока, олакшање за скромност и казну за раскалашност, стицање победа и неуспех недела, починак спасења и изгнање проклетства, живот духа и смрт плоти, стицање анђелског подобија и уснуће људске природе“.¹¹

10. Сва ова зла се избегавају уз храброст и помоћ Божију, а добра о којима смо говорили радосно су достигнута кад света душа одбаци неумесну присност. Пазите, молим вас, о свете душе, јер међу свим биткама које војује хришћанска војска најтеже су оне за очување чедности, с обзиром на то да се ратује свакодневно и победа је сасвим ретка. Чедност, наиме, има одлучног непријатеља ког сваког дана треба надвладавати и ког се треба посведневно бојати. Посведневно, кажем, он бива надвладаван, но не престаје да нас искушава. Нико ко се бори против себе самог не може бити сигуран у победу. Опасно је пловити онде где има много бродолома, као што је опасно и пливати у таласима похоте, јер у њој су се многи удавили. Јер, похота се не окончана њеним надвладавањем. Борбе за чедност су доиста тешке, али су и награде веће. Пламен који сувише јако пламти брзо сагорева до пепела; но,

¹¹ Псеудо-Кипријан, *De singularitate clericorum*, 38–39.

Castitatis dura sunt praelia, sed majora sunt praemia. Flamma quae nimium flagrat, cito venit ad cineres; incendium vero corporis cum illi acquiescitur, accenditur potius quam finitur. Castitatis palmam nemo securus accipit; cui quantum durus exitus, tantum gloriosi sunt fructus. Praemiale sibi periculum indicit, qui bellum suscipit cum natura. Hostis publicus pascit in noctibus, latronis insidiae solis grassantur in tenebris; libidinis vero cupiditas et in noctibus provocat, et in die non parcat, nec regum purpuras metuit, nec pannos pauperum perhorrescit.

Ut ergo castitatis praemia et virginitatis coronam feliciter Deo remunerante possitis accipere, periculosam familiaritatem a vobis semper excludite. Currite fideliter, ut possitis feliciter pervenire. Et mei memores estote, cum in vobis coronata fuerit immaculata virginitas. Haec epistola ante tribunal Christi me excusabilem reddet, quia cum vera charitate et perfecta humilitate quod mihi oportebat dicere, et vobis audire, suggessi. Si quis, quod Deus non patiat, obedire neglexerit, erit illi in testimonium; qui vero libenter acceperit, convertetur in gaudium non temporale, sed aeternum. Vigetis in Christo, sanctae ac venerabiles feminae.

распаљеност тела што прати пристанак воље се више распламсава, него гаси. Нико није сигуран да ће примити победничку палму чедности; међутим, што су веће потешкоће, то ће и плодови бити славнији. Ко год зарати с природом, тај призива на себе опасност достојну награде. Отворени напади непријатеља се заустављају током ноћи и подухвати лопова су опасни само по тами; страст похоте, с друге стране, искушава како ноћу, тако и дању; јер она се не плаши краљевских пурпурних хаљина, нити дрхти пред дроњцима сиромаша.

Због тога се увек држите подале од опасне интимности, како бисте од дарезљивог Бога могле блажено примити награде чедности и венац девичанства. Трчите у вери како бисте трку срећно окончале (1. Кор. 9, 24). И присетите се мене кад ваше неукаљано девичанство буде овенчано. Ово писмо ће ми пружити оправдање на Христовом суду, јер вам с истинском љубављу и крајњим смирењем предлажем оно што ми беше неопходно да кажем и вама да чујете. Ако нека, не дај Боже, одбије послушност реченом, то ће постати сведочанство против ње саме; но, свака која га вољно прихвати нека буде награђена непролазном и вечном радошћу! Будите постојане у Христу, свете и часне жене!

*Превод са латинској:
Лазар Нешић*

Примљено: 12. 3. 2018.
Одобрено: 27. 4. 2018.